



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DIVINI NVMI-
NIS AVXILIO

PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVL-
TISSIMISQVE VIRIS, D. IOANNE MICHAELIS
Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent.
Dictatore & Fisco, in florentissimo inclytæ Agrip-
pinensium Academiae Iuris Collegio, sub-
sequentes Theses

EX TIT. FF. ET C. DE DI-
STRACTIONE ET DISSOLVTIO-
NE PIGNORVM, DEFENDERE CO-
nabitur

BALTHASARVS *Wechman*
VV E R L E N S I S.

*Anno à partu virginis CIJ. IJ. LXXXXI.
XIV. Nouembris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Fff
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

DIVINI NAMI

NIS AVXILIO

PRÆSIDII CLARISSIMIS CONSILII

PRÆSIDII VIRE D. JOHANNES MICHAELIS

CRONBACHENSIS D. JOHANNES HOLLANDER S. L. LICENT

DICTIONIS FLORENTINIS FLORENTINIS AGRICOLAE

JOHANNES ADRIANUS FLORENTINIS AGRICOLAE

SEPTIMUS FLORENTINIS AGRICOLAE

ET TIT. ET C. DE DI

STRATIONE ET DISSOLUTIONE

ET PIONORUM DEPENDERE CO

HOHLE

BALTHASARUS FLORENTINIS

VIRI FLORENTINIS

ANNO DOMINI MDCCLXXX

XIV. JANUARI



COLONIAE AGRICOLAE

BY CYDERAT PETRUS RESCIDI

CONTINVATIO.

Vm non in acquirendo solum & conseruando verum etiam in alienando vel amittendo ius omne consistat, (a) non inconuenienti methodo discussis hucusque constituendi persequendiq; pignorum modis, de distractione nunc, & quibus modis pignus vel hypotheca soluitur disputationem instituimus.

(a) l. fin. de legib. §. admonendi, quib. mod. pat. pot. diff. tot. tit. quib. mod. tol. obl. l. obligationum 44. §. 1. de act. & obl.

THESIS I.

Ivs distrahendi est facultas, (a) rem oppignoratam, (b) legitime, (c) vendendi vel alienandi, creditori vel eius heredi, debitore solutionem differente (d) concessa, quod ius pignoris adeo proprium est, (e) vt debitor qui pignus dedit, hoc ipso quod rem pignori esse voluit mora intercedente conuenisse videatur vt distrahere liceret.

(a) l. si 7. l. mulier 11. l. si in hoc 14. l. vnus 16. l. si maritus 19. C. de dist. pig. vel potestas, l. cum soluenda 4. ff. eo. Ius l. si vend. pigno. agat. (b) generaliter vel specialiter, l. 9. l. 11. & 17. C. h. t. l. 2. §. fin. & tot. tit. ff. cod. (c) l. 4. §. 10. h. t. l. 1. & tot. tit. si vendit. pig. agatur. l. fin. de iur. dom. impetr. (d) l. 6. 7. & 8. C. h. t. l. 1. & 2. C. deb. vend. pig. imp. non posse, l. fin. C. de iur. dom. Imp. vide Cost. in l. 4. h. t. (e) vide Cuiac. obs. lib. 15. c. 6. Dd. ad l. 11. de pig. tit. gen. & ad l. 4. & 5. Post. gl. de pig. act. (f) Inutile enim alias esset pignus. Cuiac. d. c. Vide eundem obs. lib. 5. c. 31. vbi negat id eo ipso conuenisse quod contraheretur, Ego puto tacite id. q. sub condit. conuenisse. cum præcipuus finis sit constitutionis pignoris.

II.

Creditorem itaque suo iure pignus distrahere posse constat, siue permissa, siue prohibita, (a) conuentione sit alienatio adeo etiam vt Alex. Imp. rescripserit, eum qui pactus est nisi intra certum tempus pecuniam quam mutuo accepit solueret, cessurum se creditoribus hypothecarum venditionem non contraxisse, sed id comprehendisse pacto, quod debitor suo iure in adipiscendo pignore habiturus erat. (b)

(a) l. 4. & 5. de pig. act. vbi gl. & Dd. est que communis opinio, quam tamen ita exaudiendam puto si creditori alia ratione non possit esse consultum, alias pactum seruandum arbitror per l. si creditor 7. §. ult. de dist. pig. & l. fin. in pr. C. de iur. dom. Imp. Idemq; sentit Bart. in l. 5. in fin. de pig. act. (b) l. 1. C. de pact. pig. ex quib. verbis apparet. Cuiac. sent. sup. dictis locis non esse accipiendam. Cum enim ipso iure per Constitutionem pignoris distractio introducitur, vt d. l. 1. & l. 7. §. fin. ff. de dist. pig. non est dubitandum quin id conuenerit inter partes nullo alio pacto interposito. quod Iuris est Communis l. 3. vbi Bart. & Ias. num. 26. cum seqq. de leg. 1.

III.

Ex quo apparet, cum pignore dato conuenit ne distraheretur, (a) non id quod diu, sed quod actum est inspiciendum esse, (b) Actum autem hoc videri, vt non statim quidem, (c) vel post vnam atque alteram debitoris frustrationem, aliquando tamen & quidem

dem post ternam denunciationem debitore in solutione cessante res pignori data vendi possit. (d)

(a) secund. l. 4. de pig. act. (b) l. in conuentionibus 219. de verb. signif. l. semper 34. l. in ambiguis 96. l. in obscuris 114. de neg. iur. l. si seruus 50. §. fin. de legat. l. non aliter 69. de leg. 3. (c) hoc est post moram ut sup. thes. 1. (d) Gloss. Bart. Cast. & Dd. in d. l. 4. de pig. act. gloss. in l. creditor 4. C. de dist. pig. Gloss. §. 1. quib. alien. non licet est q; communis tamen si quidam sint contra ut notat gl. d. l. 4. de pig. act.

IIII.

Ter denunciatum sic accipio ut relinquatur debitori pecunia conquirenda commoditas aliqua, (a) Quantum autem temporis intervallum inter vnamquamque denunciationem interponendum sit, dubitatum inuenio, & iudicis id arbitrio relinquendum censeo, cuius determinatione seruata nullum postea creditori pactum nocebit. (b)

(a) l. continuus 131. §. 2. de verb. oblig. l. quod dicimus 105. de solut. §. fin. de inut. stipul. (b) Gloss. in l. 4. de pig. act. putat tres dies inter quamlibet denunciationem interponendos per l. Inter 10. de publ. iudic. Bart. d. l. 4. arbitratur vnum diem sufficere alij 10. requirunt, sed verior est nostra sententia, per l. 1. de iur. delib. quam sequitur Cast. in d. l. 4. & fin. & Ang. in Inst. quib. al. non lic. §. 1. circa finem.

V.

Frustra ergo debitor cuiuscunque etiam ille conditionis fuerit creditorem iure suo utentem obnunciationibus impedire conatur, (a) quo minus totum pignus etiam pro parte redemptum, (b) vel ex pluribus & generaliter obligatis, vnum quodcunque velit electum distrahere possit. (c) Si tamen ex specialiter obligatis vniuersum debitum eum redigere posse constiterit, ad distractionem aliorum peruenire non debet. (d)

(a) l. 1. & tot. tit. C. de bit. vend. pig. imp. non posse, l. 4. l. 19. & tot. tit. de dist. pig. l. fin. C. si Ant. cred. (b) l. quamdiu. 6. de dist. pig. l. 2. debitorem vend. pig. imp. non posse, l. si necessarias 8. §. si vnus, l. solum 11. §. si creditori 4. de pig. act. l. haeredes 25. §. Idem obseruatur 14. fam. ercisc. (c) l. 2. qui per. in pig. hab. l. creditoris 8. de dist. pig. d. l. quamuis 2. C. de pig. vbi Bart. Bald. & Fab. Costal. in l. 2. qui pot. in pig. hab.

VI.

Nihil autem interest rem pignori datam creditor possideat an non, (a) quinimod etiam precario debitori concessam si vendiderit, rem litigiosam vendere non videtur, (b) diuersum tamen statuendum arbitror si lite pendente per alium mota ad alienationem procederet, quare nec rata talis venditio habebitur. (c)

(a) l. 2. l. 9. l. 13. l. 15. C. de dist. pig. l. 1. si vend. pig. agatur l. pen. l. si inter 14. ff. h. t. (b) l. 2. de dist. pig. l. 1. de lit. l. 1. & 2. deb. vend. pig. imp. non posse, videl. 6. §. fin. de pree. (c) Est enim tum res litigiosa, quae alienari prohibetur, l. 1. vbi Bart. de litigios. l. fin. C. cod. nou. 112. vbi de Cuiac. C. de litig. in par. vbi hunc casum ponit, quamuis gloss. ibi contra sentiat, quam Bald. sequitur sed nullo vtuntur fundamento.

VII.

Quod si nihil dictum sit, expectabitur lapsus diei soluenda pecunia apposite, (a) vel si pure contractum sit interponetur vna saltem denuntiatio, (b) quo facto, & biennio a tempore denuntiationis vel late de soluendo debito sententia (c) elapso, (quod tempus etiam

etiam illo altero casu quando ne venditio fiat conuenit, obseruandum existimo, (d) tametsi ut in pignore iudiciali duos menses requiro, (e) ita in pignore pratorio iudicis arbitrio vendendi spatium definiendum relinquo (f) legitime solemniterq; venditio fiat. (g)

(a) l. Continuuus 131. §. 1. de verb. sig. l. quod te si cert. pet. l. magnā. C. de cont. stip. Cast. in l. 4. de pig. act. Gloss. in l. 10. C. de pign. (b) l. fin. vb. Dd. de iur. dom. imp. in pr. Gloss. in l. 4. de dist. pig. Bart. & Cast. in l. 4. de pig. act. V Veseimb. in par. h. t. & Cuiac. ad Paul. lib. sent. 2. tit. 6. volunt & sic ter denuntiandum esse. (c) Gloss. d. l. fin. in pr. Schard. ad Bart. d. l. 4. de pig. act. (d) Per gloss. Bart. Cast. & Dd. in l. 4. de pig. act. (e) l. debitoribus 31. de re iud. vbi Ias. num. 5. hanc communem dicit. (f) Cuiac. in par. C. de bon. Aut. iud. poss. Cōmune refert Ias. 9. l. 31. de re iud. nu. 6. & Schard. ad Bart. in l. 4. de pig. act. (g) l. 9. de dist. pig. l. 4. si vend. pig. agatur.

VIII.

Quod quidem in eo consistit, ut rem proscribat, debitoremq; uti & alias, quando vendit, vel quodcunque negotium gerit testato si potest admoneat, ut si velit venditioni adsit, (a) plus demque offerenti vendat. (b) Et omnia bona fide peragat. (c)

(a) l. creditor 4. vbi glo. C. de dist. pig. vide glo. in l. debitores 10. C. de pig. l. 39 de adop. l. inter 13. de minor. Auth. si omnes. C. si min. se hær. abst. l. fin. C. de iud. dom. imp. Nou. 4. c. 3. vbi vid. Cuiac. (b) hoc enim est diligentis patris fam. Cuius vice creditor est, l. Con- tractus, de reg. iur. l. 5. commo. l. 13. §. fin. de pig. act. §. fin. quibus mod. re cont. obl. l. si pi- gnore 22. §. fin. de pig. act. (c) d. l. 22. §. fin. l. 1. & tot. tit. si vend. pig. ag. l. 5. l. 9. C. de dist. pig. l. 2. si aduersus vendit. pign.

IX.

Siue in pignore versetur cōventionali, siue in pratorio, (a) siue in iudiciali, (b) In qui- bus duobus posterioribus illud præterea obseruabit ut primum mobilia deinde immobilia, tertio verò iura & actiones distrahantur. (c)

(a) l. fin. de bonis auct. iud. poss. C. l. 5. l. Fulcinius 7. Ex quib. caus. in poss. eatur, vbi vid. V Veseimb. & tot. tit. de rebus auct. iud. poss. adde. V Veseimb. in tit. de damn. infect. (b) l. 1. & 2. de iudic. pig. C. (c) l. A Diuo Pio 15. §. In venditione de re iudic. in pignore Pratorio idem dicendum, arbitratur gloss. l. 1. C. de prætor. pig. sed Cuiac. Nou. 53. aliter videtur planè, gloss. opinio, textu & gloss. iuris Canonici adiuvatur in c. quoniam frequenter §. fin. ut lit. non contest.

X.

Ac si emptor non reperiatur, in prima specie quidem, hoc est, conventionali, ipse rem in solutum retinere non poterit, (a) sed ius domini obseruata certa & legibus in hoc præ- scripta forma, impetrare debet. (b) In secunda vero & tertia .i. iudiciali & pratorio, creditor ipse ad licitationem plus offerendo admittetur, & si Emptore idoneo non reper- to ipse licitari nolit, in solutum pignus adiudicatione iudicis recipit. (c)

(a) scilicet sine voluntate debitoris alias extra controuersiam est, (b) de quibus omni- bus. Clare in l. fin. C. d. tit. de iur. dom. imp. (c) l. fin. C. de bon. auct. iud. poss. l. fin. & pe- nult. C. de iudic. pig. vide tex. & ibi Dd. in l. A Diuo Pio 15. §. in venditione cum seqq. de re iud. Adde Neg. in suo tract. 1. memb. 6. part. princ. nu. 10.

XI.

Seruatis ergo solemnibus, creditor potiore iure distrahens, (a) tametsi dominus non sit,

fit, (b) dominium tamen debitoris cum iure suo in emptorem irreuocabiler transferit, adeo ut oblato illi precio venditio non retractetur. (c)

(a) l. cum prior 3. de dist. pig. Nisi enim sit potior non valet venditio. tot. tit. ff. & C. qui pot. in pig. hab. (b) l. pignus 9. C. de pig. act. l. si residuum 6. C. de dist. pig. l. cum & sortis. 35. §. fin. ff. de pig. act. §. 1. quib. alie. non lic. (c) l. 7. 8. 9. 12. 15. & 18. C. de dist. pig. l. 3. 7. pen. ff. eod. l. 2. C. de pig. iud. l. fin. de iur. dom. imp. l. 1. & 2. C. si vend. pig. agatur.

XII.

Sed quid si debitor vendiderit, & de precio priori creditori soluerit, utrumne dominium in emptorem translatum esse dicemus? Ego translatum quidem puto sed reuocabiler poterit enim ei à secundo creditore, quod de nummis ipsius ad priorem creditorem peruenerit cum usuris medijs temporis offerri, & pignus ab eo auocari. (a)

(a) l. cum prior 3. de dist. pig. l. 1. & 2. C. si Ant. cred. l. 3. & 4. C. de his qui in prio. cred. loc. suc. l. creditor. 12. §. à Titio. cum seq. qui pot. in pig. hab.

XIII.

Quid autem si res vedita aliena sit? Anne euinci poterit, & posse certum est: Sed creditor ob eam causam emptori non tenebitur, (a) nisi Euictionem prestare nominatim idque sine causa promiserit, aut in dolo fuerit aut tanquam rem suam, pignus vendiderit. (b)

(a) l. et si is 10. C. de dist. pig. l. Ex empto 11. §. sententiam 16. de act. empt. l. periculum 30. de pign. (b) l. 1. & 3. C. creditorem ab euic. pig. non teneri, l. procurator qui 67. de procur. vid. gloss. l. 8. §. 1. & l. 23. §. fin. de pig. act. quemadmodum consulatur Emptori vid. in l. rescriptum 12. §. 1. de dist. pig. Adde V Vefemb. in parat. eod. tit.

XIV.

Quod si quoque de precio fidem habuerit, (a) Emptore soluendo non existente (b) ipsius hoc erit periculo, (c) Et quidem non solum ratione sibi debita summa, sed & ratione superflui, de quo statim quidem post elapsum ad soluendum emptori concessum terminum, à debitore conueniri poterit (d) nulla delegatione nisi suo periculo hoc casu audienda. (e)

(a) ut potest, sec. Bart. & Castr. in l. Eleganter 24. §. si vendiderit per illū tex. h. t. (b) tempore f. contractus. (c) Hic enim in culpa est, ad quam præstandam tenetur, per l. 13. §. fin. de pig. act. vid. gloss. in l. 8. §. 1. d. t. de pig. act. (d) d. l. Eleganter §. si vendiderit, (e) l. pen. vbi Dd h. t. d. §. si vendiderit. vbi Castr. de pig. act. vid. Bart. & Castr. in l. qui Romæ, §. Callimachus. de verb. obl.

XV.

An autem absque culpa venditione celebrata, siue fides de precio habita sit, siue non statim liberatio debitori contingat quasitum est, mihi placet, euictionem in suspensio esse quam diu euictionis periculum pendet. (a)

(a) l. si pignore 22. §. fin. de pig. act. vbi vid. gloss. & in l. necessarias 8. §. 1. eod. tit. l. quasitum 9. l. rescriptum 12. §. 1. de dist. pig. vid. Negus. tract. de pig. part. 5. pag. 548.

XVI.

Ex quo apparet si creditori ab euictione timendum non sit, debitorem liberatum esse: (a) quod verum est si totam sortem cum usuris consecutus sit alias adhuc obligatus remanet. (a)

(a) d. l. Rescriptum §. 1. l. 9. de pig. act. l. quæ specialiter 9. de dist. pig. C. l. creditor 28. vbi Ias. &

Ias. & Dd de reb. cred. si cert. pet. vide Ias. Bart. Castr. & Dd. in l. à Diuo Pio, §. si pignora, 3. de re iud.

XVII.

Nunc ad modos soluendi pignoris progrediamur qui triplices sunt, (a) aut enim liberatione debitoris pignus liberatur, aut consensu creditoris remittitur, aut denique debitoris iure in pignore sublato, creditoris quoque ius euanescere certum est.

(a) Donell. in suo tract. de pig. cap. 14. in pr. (b) l. si rem 9. §. omnis. de pig. act. l. 1. C. de dist. pig. l. postquam. 3. C. de pact. l. sicut, l. Item, & tot. tit. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. 12. de temp. præscript. vide thes. seq.

XVIII.

Liberatione debitoris soluitur pignus si creditor ex fructibus pecuniam sibi debitam omnem consecutus fuerit, (a) vel in tantum pignus deterius reddiderit, quantum fuit debitum, (b) maxime verò liberatur solutione totius debiti, (c) qua luitio propriè dicitur, (d) liberationemq. debitoris naturalem continet. (e) etiam si ab extraneo quoque inuito creditore perfecta sit. (f)

(a) l. 1. de dist. pig. l. si dominium 9. C. de pig. l. 1. & 2. C. de pig. act. fallit tamen, hoc in & l. 1. si ex prædijs 11. l. si ea lege 17. de vsur. C. (b) l. eleganter 24. §. fin. l. si feruos 25. de pig. act. l. 3. §. 1. Commodat. (c) l. 9. de pig. act. l. fin. C. eod. l. 5. l. 8. C. de dist. l. 1. l. 5. l. 6. ff. h. t. (d) tot. tit. C. de luit. pig. (e) §. 1. quib. mod. toll. obl. l. quod de pact. (f) l. soluendo de neg. gest. l. Paulus §. 1. h. t. d. §. 1. quib. mod. toll. obl.

XIX.

Quod si per creditorem steterit, quo minus rem suam luat debitor, poterit oblatam restato pecuniam consignare, eamque in locum aliquem publicum vel in quem iudex voluerit sollemniter deponere, (a) Sola namque oblatio non prodest, (b) vel si pignoratitia agat apud iudicem offerre, (c) quo facto & ipse & vna pignus ab obligatione liberabuntur.

(a) l. l. 6. §. 1. h. t. l. ex prædijs 11. C. de vsur. l. fin. C. de pig. act. l. 5. l. 8. C. de dist. pig. l. 1. §. 1. de pos. l. 7. §. 2. de minor. l. 1. C. qui pot. in pig. hab. l. si prius C. de dist. pig. l. ult. C. de bit. vendit. pig. l. neque 10. l. ult. C. de pig. act. l. Acceptam 19. C. de vsur. (b) l. creditor 102. vbi Dd. de solut. vid. Ias. l. 2. C. de iur. emphyt. & glos. in l. 11. C. de vsur. (c) l. si rem 9. §. ult. l. aliena 20. §. si per creditorem, de pig. act. d. l. acceptam 19. C. de vsur. l. ult. C. de luit. pig. l. Residuum, C. de dist. pig.

XX.

Sed & satisfactio pro solutione est. (a) Satisfacimus autem creditori cum pro eo quod à nobis petit cōtentus dimittitur (b) idq. vel de Sorte vel de pignore, De sorte si vel ipso iure vel per Exceptionē, quocunq. modo principalem obligationem remittat veluti nouatio ne (c) voluntaria, acceptilatione, (d) pacto (e) iureiurando (f) & alijs similibus de pignore si vel alia pignora vel fideiussores pro hypotheca accipiat (g) aut nuda etiam conuentione ab obligatione desistat. (h)

(a) d. l. si rem §. omnis de pig. act. l. 4. de re iud. §. venditor. de rerum diuis. (b) l. 1. qui satis. cog. l. 5. §. satis acceptio de verb. obl. d. §. venditor. & d. §. omnis. (c) l. solum de pig. act. l. Nouatione 18. de nouat. §. 1. quib. mod. toll. oblig. (d) l. 1. de accept. (e) l. si vnus 27. §. 1. de pactis tacito vel expresso l. 5. 7. 10. h. t. tot. tit. de rem pig. C. (f) l. 5. §. fin. h. t. l. si ychus 95. §. natura

naturalis de solut. (g) d. l. 5. §. 2 l. 6. in pr. h. t. (h) l. 13. l. 17. §. 1. vbi Cuiac. de pact.

XXI.

Inter solutionem autem & satisfactionē hoc interst, quod qui solvere paratus est creditorem pignus persequentem exceptione repellit, atque ita invito creditore ea fieri potest (a) Satisfactione, vero nemo liberatur nisi creditore volente (b) unde videtur omne pignus consensu creditoris, qui secundus est solutionis modus dissolui, modo de voluntate creditoris constet expresse vel tacite. (c)

(a) d. l. 9. §. fin. de pig. act. l. residuū §. de dist. pig. l. si de luit. pig. l. Item 6. h. t. (b) d. l. item 6. §. 1. h. t. l. 4. §. ait 3. de re Iud. (c) vid. l. sicut 8. h. t. fac. l. 2. de iur. dom. imp. l. 2. de pact.

XXII.

Cum igitur quamlibet voluntatis significationem non dolo metue extortam. (a) ad liberationem pignoris placeat esse satis, videamus si creditor alienationi pignoris consentiat (b) an salva pignoris sui causa hoc faciat quod non videtur (c) neque tamen pignus amittet si alienationis effectus secutus non sit (d) vel alio modo quam concessum esset pignus fuerit distractum. (e)

(a) tot. tit. de ex. doli & met. l. 9. quod metus causa, §. 1. cum seq. de excep. l. nihil de reg. iur. (b) expresse, neque enim scientia alienationis factae, voluntatis praesumptionem, nisi certis in casibus de quibus V. Vesemb. h. t. inducit, l. 18. §. 2. de pig. act. l. sicut 8. §. is h. t. (c) l. 7. §. 1. (d) l. 4. §. fin. l. sicut §. voluntate 6. h. t. (e) d. l. sicut §. sed si permiserit cum seq. h. t. l. voluntate 10. h. t. l. si pupillorum 7. §. 3. de reb. eorum, l. iubemus, C. ad SC. Velleian.

XXIII.

Semel autem secundum creditoris voluntatem alienatione secuta quamvis eadem res postea legitimo aliquo modo ad debitorem redierit qua quidem ex re fraus omnia aberit, (a) pignus extinctum non restaurabitur, (b) licet omnia debitoris bona tam presentia quam futura fuerint obligata, cum semel voluntate creditoris, de generalitate illa res fuerit Exempta. (c)

(a) l. Et qui 10. C. de dist. pig. (b) vid. glo. in l. sicut 8. §. superuacaneum, & in l. voluntate 10. de dist. pig. (c) l. fin. C. de remiss. pig.

XXIV.

Restat tertia liberandi pignoris ratio, quae est si debitoris in re pignoratam ius tollatur, vel corpus obligatum extinguatur, (a) non etiam si eius dominium per usucapionem mutetur, (b) praeterquam si 30. ann. accedat curriculum, (c) idq. in extraneo debitori enim vel heredi, vel posteriori creditori ad excludendum creditorem necessaria est praescriptio annorum 40. (d)

(a) l. 3. ff. h. t. l. lex 31. de pign. l. si quis 41. de rei vend. (b) l. usulapio 7. C. de pignoribus. (c) l. 3. C. de praescri. 30. vel. 40. an. (d) l. cum notissimi 7. C. de praescri. 40. an.

XXV.

Numerum claudat hac quaestio, an debitor rem oppignoratam ab usucaptore domino per creditorum auocatam, & pignoratitia solutione facta receptam, usucaptori restituere cogatur, quod magis puto.

Quia debitoris dominium usucapione, creditoris vero ius solutione extinctum est.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De leg. et. St. Traditione. Cap. 1. h.



VINI NVMI

NIS AVXILIO

IDIBVS CLARISSIMIS CONSVL

SQVE VIRIS, D. IOANNE MICHAELIS

urgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent.

ore & Fisco, in florentissimo inclytæ Agrip-

penfium Academiae Iuris Collegio, sub-

fequentes Theses

TIT. FF. ET C. DE DI-

ACTIONE ET DISSOLVTIO-

E PIGNORVM, DEFENDERE CO-

nabitur

ALTHASARVS Wechman

VVERLENSIS.

no à partu virginis CIJ. IJ. LXXXXI.

XIV. Nouembris.



COLONIAE AGRIPPINAE
KCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Fff